ciſci de anniuerſario. ⁊ ꝯſeq̃nt̃ ꝑma foꝛ
ma eſt licita. Sol'. Dico ꝑmo q̃ ſm bea
tũ Tho. i q̃dã q̃dli. ⁊ Archie. floꝛẽ. i. ij.
par. ti. j. in his q̃ ſũt de iure diuino ſtan
dũ eſt magis ſnie theologoꝝ. vt bñ pro
bat s. Tho. Et licꝫ Petr⁹ de ancha. h̃
neget: tñ ei nõ ſtat̃. qꝛ nimis fauet iuri
poſitiuo. Vñ Anto. de butrio magnus
decretaliſta ſentit cũ ſcõ Tho. Vñ ⁊ ex
ꝑiẽtia docet q̃ in ꝑdictis canoniſte mul
tũ ⁊ interdũ ineptiſſime fallunt̃. vt in
materia d̃ voto: ⁊ de ſimo. in q̃ multi di
cũt multa falſa ⁊ repugnãtia: qꝛ diffini
tiões nõ intelligũt: vt al's oſtẽdet̃: ⁊ pa
tet ex dictẽ Abbatẽ i c. l'raturã. extra d̃
voto ⁊ vo. redẽ. Stãdũ ẽ igr̃ s. Tho. di
cẽti q̃ nõ licꝫ ſacerdoti locare oꝑa ſua i
actibꝫ ſpũalibꝫ ex pte ꝑncipij. Etſi ꝯtra
h̃ dicat̃ q̃ ſm ſcm̃ Tho. aliq̃ ſacerdotes
licite ꝯducunt̃: vt ex dictis pꝫ. Dico q̃
illa ꝯductio nõ eſt emẽdo aut vẽdendo
vel paciſcẽdo. qꝛ ꝓbatũ eſt q̃ cũ ipe dic
aliq̃s licite ſpũalibꝫ ꝑcipere aliq̃d tꝑale
ſuſtẽtamẽtũ intelligit̃ deducto pacto.
Vñ iſta ꝯductio ẽ ꝑ moduꝫ el'yne. Sic
em̃ nõ eſt ſimoniaca: ⁊ ꝯſequent̃ nec cuꝫ
pacto ꝯſtitutio affirmata. ita nec tal' cõ
ductio q̃ dicat̃: ſi voluerẽ cẽ mecũ dabo
tibi h̃ ⁊ illd̃. ⁊ ſacerdos h̃ acceptat: vt in
telligat̃ ꝯduci ad annũ. ſicut q̃s ꝯducit̃
ad diẽ ſic: Dñe do vob vl' dabo talẽ ele
moſynã: celebretis hodie ꝑ me. ⁊ ſacer/

cdos hoc acceptat licite: etiã ſi al's nõ eēt ꝑ eo celebraturꝰ: cũ nõ teneať. Si ãt vellet dicere. nolo celebrare ꝑ tãto: deť mihi tantũ: iã incidit pactio. nec ille videť dare elemoſynaľr: nec iſte amore ꝛ gratis celebrare. Et ſiľe eſt de ꝯductõe ad annũ q̃ntũ ad actꝰ ſpũales rõne ꝑncipij ꝛ ſi nõ q̃ntũ ad alios. Et ꝯfirmant h: qꝛ Bar. piſa. magnꝰ theoľ. ꝛ legiſta ꝛ canoniſta ti. ſimonia. j. §. xxv. cũ recitaſſꝫ dictũ Ray. dicẽtꝫ. Licꝫ ſacerdoti locare opa ſua ꝛ aliq̃d exigere ꝑ ꝓceſſiõe ad quã ñ teneť: ſubiũgit q i oib' iſtꝫ dꝫ ſpe gratis officiare: lꝫ aliq̃d recipiat ꝑ ſuptibus. Nõ ego ſic itelligo. qꝛ ſi ad talia ñ teneť ꝑt licite aliq̃d recipe ſine q̃ talia ñ faceret dũmõ ceſſet pactũ. nõ aũt q̃ ad ea teneť: ꝛ cũ h ē diues. Dico ſcdo ad ꝑncipale argumẽtũ q eſto q nõ ſit i hac materia ſtandũ theologo: tñ ſtandũ eſt canoniſtꝫ ꝯſentiẽtib' theologo. ꝑcipue ſi ſint plures ꝛ ſolẽniores. Cõtra abbatẽ aũt ſũt Inno. ꝛ Hoſti. in c. iij. ne ꝑlati vi. cũ q̃b' videť eē Io. an. q̃ eos adducit i c. ſignificatũ: nihil eis addẽs. Dicẽ em̃ Inn. q ſacerdos ſuis ꝓchianis nõ ꝑt vẽdere ſpũale: etiã ſi indigeret. ſed nõ ſuis ꝑt locare corpalia opa: nõ aũt ſpũalia. Et caueat inq̃t ne iſti ꝯtrus q̃ ad intẽtionẽ ꝛ vba miſceanť. Et ꝑ opa corporalia itelligit ea q̃ a ſpũali dono ñ ſt: vt ſcribere ꝛ docere grãmaticã vľ hmõi. Motiua aũt abbatis ſũt hec. Na ꝑmo bñficia inq̃t danť ꝓpť officia. So. Tñ ñ danť ex pacto niſi ſimoniace. Scdo q̃a inq̃t mãſionarij ꝑ ſuitio ſpũali recipiunt tpale. So. Si iſta rcipiũt ex pacto eſt ſimonia: vt dictũ ē. Tertio. nã vicario epi ꝯſtituiť certa portio: ꝛ nõ ꝑ ſuitijs tpalib': vt pꝫ inq̃t in c. cũ ex eo. de elec. li. vj. ꝛ i ca. ꝑuenit. de appel. Soľ. Pro ſuitijs ſpũalib' ex ꝑte finis ꝑt hr̃e ſalariũ ex pacto ꝛ vẽdẽdo opa ſua. ſed ꝑ ſpũalib' ex ꝑte ꝑncipij põt illõ hr̃e ex taxatiõe ſupiorꝫ ſine pacto. Quarto. Nã ꝑt recipe recõpẽſatiõem dãnoꝝ q̃ ſuſtinet. So. Eſto q ſacerdos q̃ lucrať i ſcribẽdo: ꝛ de h viuit: poſſit i pactũ deducere h dãnũ: ex h nõ habeť q poſſit locare opa ſua ꝑ actib' depẽdẽtib' a ſupnaturali dono. Dico vltimo ad argumentũ q eſto q veꝝ dicat abbas: h etiã ſm euꝫ nõ eſt licitũ: niſi ſacerdoti q̃ nõ põt aliũ de habere vñ honeſte viuat. Vñ nõ licebit clericis q̃b' interdũ paupꝑtas eēt aie ſanitas ꝛ delicie miſtrãt luxurie ꝛ vanitatũ fomẽta. Ex his pꝫ q dicẽtes ſm s. Tho. licere paciſci ꝑ anniuerſario decẽdo: aut illũ nõ viderũt aut nõ intellexerũt. Et cũ eo ſentit Rich. in. iiij. ꝛ cõmuniter oẽs theologi.

## Caſus. lix.

Queriť. lix. Utrum illa ſpina quam Vicẽtini tanq̃ chr̃i ſanguine cruẽtatã venerant: ampliori reuerentia q̃ ſ bra vgo ꝓſeq̃nda ſit? Rñdeo. Omiſſa tacita q̃õne: an. ſ. q̃ppiã ſanguis chr̃i reperiri poſſit i terra: ꝛ ſuppoſita vitate huius ſpine: de q̃ nullꝰ ſane mẽtis põt ambigere: cũ id ſcptrure publice autẽticate teſtenť. dico ſm ſctm̃ doctorẽ. ij. ij. q. ciij. ꝛ. q. xviij. ꝛ. iij. diſt. ix. q triplex ē honor ſeu adoratio. Dulie. ſ. hyꝑdulie: ac lat̃e. Dulia ē vtꝰ q̃ honorẽ vtuti debitũ ſupiorib' creaturꝫ ꝑpẽdimꝰ. Dulia q̃ppe ſuitutẽ ſonat. Sumiť ãt dupľr. cõiť. ſ. ꝑ oi honore exhibito ſupiori: ſiue deꝰ ſiue angelꝰ ſiue hõ ſit. ꝛ ꝓprie ꝑ honore vt dixim' exhibito ſupiorib' creaturꝫ. ſic vo hꝫ mľtas ſpẽs. Aliť em̃ pr̃em ꝛ aliť regẽ honoramꝰ. Vñ ſumiť tertio ꝑ honore quẽ ſuꝰ exhibet dño ſuo: vľ pr̃ filio ꝛ hmõi. Dulia g̃ oẽm rõnalẽ creaturaꝫ veneramur: niſi dãnata ſit. i. i malo obſtinata. Quelibꝫ em̃ rõnaľ naturꝫ aut habꝫ aut hr̃e ꝑt dei grãm ꝛ vtutẽ. Quẽlibet g̃ angelũ ꝛ hoiem nõ dãnatũ dulia veneramur poſſibiľr: maxie vo ꝑſules ac dños. q̃ vtuti ꝯſeruãde ꝛ adgenerãde ꝑficiunť: niſi ſint i actu pcti mãifeſte. ſic em̃ aliq̃d hñt honori ꝯtiuꝫ. Diuites vo ꝓpť diuitias honorare eo honore cuꝰ diuitie ſt cãe. i. q̃ ad extiorẽ ꝯuictũ pcrm̃ ñ ē. ſũt em̃ altiores i repu. ꝛ ipe diuitie ſt adiumẽta vtutꝫ. Reliq̃as vo ſctoꝝ ac veſtes ſiľr veneramur tãq̃ ſcõꝝ

aliq̄d ꝛ ſp̄ viuētis aīe corporeū inſtrm̄. Hyꝑdulia ꝟo ſup̄dulia vl' excellēs du-
lia ē. Eſt em̄ vt idē ḋr ꝟtus q̄ creaturas
ḋo ſpūali mō ꝯiūctas honoram⁹. tales
em̄ ſupmū ḡdū i entib₃ tenēt vt ſic. Vñ
ſupma dulie ſpecie: q̄ hyꝑ vl' ſuꝑ dulia
ḋr veneramur. Ad hoꝝ ꝟo itellectuꝫ
ſciēdū ē ꝙ ille mod⁹ q̄ deo ꝑ ꝟtutē crea-
tura iūgit̄ oīb₃ honorādis cōis ē. Pret̄
hūc aūt ſpēalē hñt q̄dā vt btā ꝟgo q̄ nō
ſolū ꝟtute ſ₃ etiā m̄nitate deo ꝯiūcta ē
Jō hāc ſicut dulia ſm ſe: ita hyꝑdulia
vt mr̄ ē chr̄i veneramur. Jpaꝫ etiā chri
ſti hūanitatē ꝛ patibulū crucis iſto ho-
nore adoram⁹. Latria ꝟo ē ꝟtus q̄ deū
honore ꝯgruo pſeq̄mur: tāq̄ .ſ. oīm ho-
noꝝ pncipē. Sic aūt honoram⁹ pmo q̄-
dē ſctām trinitatē. deinde ꝟo hūanita-
tē ꝟbi icarnati rōe vnite deitatꝫ (q̄uis
ſm ſe adoret̄ hyꝑdulia) deīde hoſtiā: cō
ditionalr̄ tñ: ſi ſit rite ꝯſecrata. quaꝫ tñ
ꝯditionē nō optꝫ ſp̄ i oī tali adoratiōe
actualr̄: ſ₃ habitualr̄: vel meli⁹ ꝟtualit̄
mēte retinere. Deide patibulū crucis ꝛ
ceteras imagies dei inq̄ntū imagies ſt̄
id ē gr̄a rei imagiate ꝛ nō gr̄a ſui. Hoc
em̄ generalr̄ veꝝ ē: nō ſolū ſm fidē ſ₃ eti-
am ſm Ariſt. i li. de memo. ꝛ remi. ꝙ lꝫ
diuerſus ſit mot⁹ animi q̄ q̄s fert̄ i ima
ginē: vt ē q̄dā res in ſe (puta auꝝ vel la-
pis) ꝛ q̄ q̄s fert̄ in repſentatū ꝑ illaꝫ: tñ
q̄ñ anim⁹ fert̄ in imaginē vt imago eſt
eodē motu fert̄ in vtrūq̄. ꝛ honor ima-
ginis vt Remigi⁹ teſtat̄: imaginato a-
ſcribit̄. Licꝫ ꝟo adorem⁹ latria imagi
nē dei irrōnalē: puta lignū: imaginē tñ
rōnalē .i. hoiem nō ſic adorem⁹. ꝓpterea
ꝙ ſm ſe adorabil' ē hō: ꝛ ꝯſeq̄nt̄ ille ho-
noꝝ videret̄ hois ꝛ nō dei eē: ꝛ ꝑiculum
imineret: ne adorās hoiem i creatura ſi
ſtat. De adoratōe ꝟo crucꝫ ſic ḋt ſ. Tho
mas. iij. q. xxv. Honor nō debet̄ creatu
re niſi rōnali. Viſibili ꝟo debet̄ honor
rōne itellectual' inq̄ntū .ſ. eā repn̄tat. vl'
ei q̄cūq̄ mō ꝯiūgit̄. Prio mō regꝫ ima
ginē venerari ꝯſueuerūt hoies. ſcḋo ꝟo
ei⁹ veſtimētū. vtrūq̄ aūt venerat̄ eadē
veneratiōe q̄ ꝛ regē. Si ḡ loq̄mur ḋ ipa
cruce in q̄ chr̄s affix⁹ ē: vtroq̄ mō eſt a
nob̄ venerāda .ſ. inq̄ntū imago ē chr̄i ex-
tēſi: ꝛ inq̄ntū mēbra ei⁹ tetigit ꝛ ſāguīe
ꝑfuſa ē. Vtroq̄ āt mō adorat̄ latria. q₂
eadē adoratiōe cū chr̄o eā veneramur.
Vñ ꝛ crucē q̄ſi crucifixum alloq̄mur ꝛ
depcamur. Quātū āt ad rōnē ꝯtactus
adoram⁹ nō ſolū crucē: ſedꝫ oīa q̄ ſunt
chr̄i: iuxta Damaſ. iiij. li. dicētē. Preci-
oſuꝫ lignū ꝛ ſctificatū ꝯtactu ſacri cor-
poris ꝛ ſanguis decent̄ adorandū: cla-
uos: indumēta: lanceā ꝛ ſacra ei⁹ taber
nacula. Quia tñ iſta nō ſūt imago chr̄i
ſicut crux: iō imaginē crucis i oī ma-
teria veneramur: nō aūt clauoꝝ vel hu-
iuſmodi. Hec ille. Et idē videt̄ ſenſiſſe
s. Tho. ij. ij. q. ciij. Oia ꝟo in hac q̄ōne
dicta ſūt eiuſdē i locꝫ allegatis. excepto
eo q̄ḋ dictū de retētiōe habituali ꝯditi
onis i hoſtia. Sꝫ circa ꝟba ei⁹ occur
rit vna dubitatio. Naꝫ videt̄ oppoſita
ſcpſiſſe. Jn. iij. em̄ ſniaꝝ ḋt ꝙ crux chr̄i q̄
illū tetigit vt imago chr̄i adorat̄ latria
ſ₃ vt q̄dā res adorat̄ hyꝑdulia tanq̄ ali
q̄d chr̄i: nō aūt latria: eo ꝙ nō ſit pars
chr̄i. nec ꝯſeq̄nt̄ adorāda eadē adoratōe
q̄ chr̄s. Ex his aūt videt̄ ꝯſurgerere pu
gnātia duplex. Prima q̄dē: q₂ in. iij. ꝑte
ḋt ꝙ creature viſibili ſeu irrōnali null⁹
debet̄ honor niſi rōne rōnalis nature.
Jn tertio ꝟo ḋt ꝙ ipa crux pōt adorari
vt res q̄dā. Secūda: q₂ in tertia ꝑte ḋt:
ꝙ crux rōne ꝯtact⁹ adorat̄ latria. Jn ter
tio ꝟo ḋt ꝙ ñ adorat̄ latria niſi vt imago.
Ad iſtā ḡ dubitatōeꝫ ſoluit Joā. cap.
ꝙ ſctūs doctor cū baccalauri⁹ eēt: mł
ta ſcpſerit in ſentētijs ſm famoſas opi
niones alioꝝ: que poſtmoduꝫ magiſter
effectus correxit in ſūma. Neq̄ ꝟo hoc
derogat tāto doctori: q₂ etiā Aug. mul
ta ſua dicta retractauit: adeo vt libꝛuꝫ
retractationū effecerit. Reſpōdet etiaꝫ
mgr̄ Petr⁹ bergomēſis in ſuis etymo-
logijs: addēs ad p̄dictaꝫ rñſionē ꝙ crux
q̄ chr̄m tetigit duplr̄ adorari pt. Pri-
mo .ſ. vt intelligat̄ chr̄o ꝯiūcta. Et ſcḋo
vt intelligat̄ diuiſa. Et pmo q̄deꝫ mō
adorat̄ latria: vt ḋr. iij. ſniaꝝ. Et ſic ad
pmā repugnātiā dico ꝙ cū ḋt crucē poſ
ſe adorari vt res q̄dā intelligit: imo ex-
preſſe dicit ꝙ adorari poteſt vt res chr̄i
ꝛ ꝯſeq̄nter adorat̄ rōne rational' natu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re.i.chꝛi:cꝫuiſ alit vt itelligit ei ↄiũcta
ꝛ alit vt ab eo itelligit diuiſa. Ad ſcõꝫ
diceret ꝙ ſ. Tho.nõ ſic dr in.iij. ſic alle
gat:ſꝫ dr ꝙ crux adorat latria vt imago
chꝛi:ꝛ vt res q̄dã adorat hypdulia:non
aũt negat q̄n adoret latria rõne ↄtact⁹.
Mens ḡ ſcti Tho.ē ꝙ trib⁹ mõis crux
adorat.i.vt imago:ꝛ vt res chꝛi eidẽ cõ
iũcta:ꝛ vt res eiuſdem ab eo diuiſa. Et
tertio mõ adorat hypdulia(ñ obſtãte ꝙ
ſit chꝛi ille honoꝛ.ꝛ nõ cruc ꝫ)qꝛ lꝫ chꝛs
i ſeipo adorari poſſit latria:qñ tñ adora
tur i aliq̄ ſuo ſibi ñ ↄiũcto:adorat i alio
ꝛ adorat hypdulia. Eſt aũt ꝛ alia diffi
cultas i ṽbis ſcti Tho. Nã ſi ↄtact⁹ ad
mẽbra chꝛi ē rõ ſufficiẽs adorãdi latria
videt ſequi ꝙ brã ṽgo adoranda ſit la-
tria:qd ↄ doctrinã ſcrõꝝ ē. Silr ꝙ aſel-
lus q̄ vſus ē dñs adorand⁹ eẽt latria:et
ei⁹ reliq̄e ſi haberent. So. Dico ad pri-
mũ iuxta p̄miſſa ꝙ ꝑpt h nõ eſt brã ṽgo
adorãda latria ꝑpt rõnẽ ſupra allegatã
qꝛ.ſ.eſt q̄d in ſe adorabile:vñ videret il-
le honoꝛ latrie ad creaturã:nõ ad deuꝫ
terminari. Dico tñ ꝙ lꝫ ñ ſit talit ado-
rãda:eſt tñ taliter adorabilis.i.digna
adorari.ſ.latria:et h inq̄ntũ eſt imago
dei.ꝛ forte etiã inq̄ntũ ꝑ intellectũ acci
pit vt aliq̄d chꝛi eidẽ ↄiunctũ ꝑ ↄtactũ
Aliõ ei eſt eſſe adorabile aliq̄d. aliõ q̄ꝫ
eẽ adorandũ. Sic ẽt aliõ eſt furẽ eẽ di-
gnũ ſuſpẽdio.ꝛ furẽ eẽ a me ſuſpenden-
dũ. Ad aliõ dico ꝙ ſi ipe aſell⁹ accipere
tur ꝑ intellectũ vt aliq̄d actualit ↄiun-
ctũ chꝛo.adoraret latria:qꝛ eadẽ adora
tiõe q̄ ꝛ chꝛs adoraret. Vt aliq̄d ãt ſe-
paratũ adoraret hypdulia. Nec dꝫ hoc
mirꝫ videri:qꝛ nobilioꝛ eſt aſellus ligno
cruc ꝫ ꝛ lapide ſepulcri ꝛ terra calcata a
dño quã i locis q̄pl'imis veneramur.ſi
cut ꝛ in q̄dã cenobio gallie q̄dã portio
calciamẽtoꝝ ei⁹ adorat. Ad qõnẽ aũt
agitatã deueniẽs dico.ꝙ ſi loq̄mur de
honore exhibito alicui rei grã ſui ꝛ non
alti⁹ p̄dict⁹ acule⁹ ꝛ ſpina nec mag ꝫ nec
tãtũ nec aliq̄ mõ eſt venerabilis:qꝛ rei
rõnali null⁹ debet honoꝛ grã ſui. Si ṽo
de eo honore loq̄mur que alicui nãe ex
hibem⁹ grã alti⁹:tũc iuxta p̄dicta dico
duo. Primũ.ꝙ ſpina magis ē venerab-
da. Scõm:ꝙ brã ṽgo ē mag ꝫ venerabi
lis.i.digna venerari. Primũ ptꝫ.quia
ſpina adorãda ē ſũmo honore.i.latria:
ṽgo ãt honore ñ ſũmo.i.hypdulia. Pꝫ
ẽt ſcõm.qꝛ ṽgo ē digna venerari ſũmo
honore.ꝛ cũ h ſm ſe eſt digna hypdulia
Et adorabilis ē ſũmo honore rõe repñ
tatiõis ꝛ ↄtact⁹.ſpina ṽo rõne ↄtactus
tm̃mõ. Per hec ãt q̄ ſcpſim⁹ bñ itellecta
ſolui poſſũt oĩa argumẽta q̄ in iſta ma
teria fieri ↄſueuerũt. Arguit ei primo
Henric⁹ ſic. Nulla inq̄t imago põt eẽ
imago dĩ:qꝛ ſm Dama. infigurabilis
eſt de⁹.ḡ nll'a imago adorãda ē latria.
So. De⁹ vt ē humanat⁹ hꝫ imaginẽ:nã
de⁹ vere eſt crucifix⁹:et imaginẽ habet
diuinũ ſuppoſitũ cruci affixũ. Scdo
arguit Duran.ſic. Aĩa intelligẽs nũq̄
dr imaginẽ:vt imago eſt idẽ eẽ cũ ima-
ginato:ſꝫ ſp illa duo dr diſtincta:cum
ſint ad iuicẽ relatiua.ḡ nũq̄ q̄d vni eoꝝ
attribuit ↄuenit reliq̄. So. Lꝫ aĩa cuꝫ
fert i imaginẽ vt ſic:ñ dicat imaginẽ eẽ
imaginatũ:ñ tñ ē nec̃e ꝙ tũc neget vnuꝫ
ab alio vl' faciat duos ↄcept⁹ de ill': ſed
vno ↄceptu ↄcipit vtrũq̄:vn ũ i ordine
ad aliõ Negat ḡ añs ad hũc ſẽſũ:ꝙ oĩa
illa duo dr idẽ.i.vno ↄceptu fert i vtrũ
q̄ ꝛ vno motu acſi eẽnt idẽ. Ad ꝓbatiõ
nẽ ãt dico ꝙ aĩa ea q̄ realit diſtinguunt
vno ↄceptu p̄cõcipe ꝛ iudicare q̄n vnuꝫ
eoꝝ ad aliõ refert:cũ vnũ relatiuũ clau
dat i itellectu alti⁹. Et lꝫ imago vt ſic
ꝛ imaginatũ vt ſic aliq̄n ↄceptibilr di-
ſtinguat.tñ phĩ q̄d ē vni⁹ attribuũt alti
vtꝫ de veri.q.iiij.ar.viij. Arguit t'tio
Holkot ſup libꝝ ſapie ſue. Latria ei ē
honoꝛ q̄ ſoli dõ exhibet.ḡ nll'i create cõ
uenit:oĩs ãt imago eſt creatura:ḡ nll'o
mõ imago adorat latria. Solu. Sic la
tria ſoli dõ ↄuenit ꝑ ſe ſiue grã ſui:ita ꝛ
creature ꝑ accidẽs ſiue grã alti⁹.i.dĩ re
p̄ntati ↄuenit:q̄ i ſecl'a ē glõioſus.

## Caſus lx.

Queritur.lx. Vtrũ ali-
q̄d valeat ſi ſacerdos dicat i
abſolutõe:q̄cq̄d boni fecerꝭ
ſit tibi i rmiſſiõꝫ peccaminũ

Ad h̄ rn̄det s. Tho. q̄dl. iiij. ar. xxviij. Et dicit mlt'a: ꝑmū ꝙ pctōꝛ ē debitoꝛ pnie dupliciť. Uno mō ex ſuo pcō. alio mō ex iniūctiōe ſacerdotis. Vn̄ ſi ꝯfeſſoꝛ imponat mioꝛē penā ꝙ̄ mereť: reſiduū exoluet aut hic aut in purgatorio. Si ṽo maioꝛē: nihilomin⁹ teneť facere ſi p̄t: ꝙ ſi moꝛiať an̄ꝙ̄ expleat, n̄ exigetur ab eo niſi ſm q̄ntitatē pcti. s. Thom. i iiij. Scōm ē: qꝛ d̄t ꝙ op⁹ qd̄ aliq̄s fac ex iniūctiōe ſacerdotꝫ dupl'r valet penitē ti. ſ. ex natura ſua: ꝛ ṽtute clauiū: qꝛ magis valēt ad expiandū pctm̄ ꝙ̄ſi ꝓꝓo arbitrio fierēt. Tertiū ē: qꝛ d̄t ꝙ ſacerdos p̄t iniūgere pniaꝫ ꝓꝓo arbitrio ꝛ ꝯſilio alieno ꝛ ēt arbitrio ipſi⁹ penitētꝫ: ſic ſi dicať: facias h̄ ſi potes: ꝛ ſi nō potes: facias h̄: ꝛ ſil'e ē qn̄ dicit: q̄cq̄d boni feceris ꝛc. q̄ſi dicat: grauius tibi pena eēt iniūgenda: ſed volo ꝙ oia bona a te facta et mala patienť tolerata ſint tibi i remiſſionē pctōꝝ. Et ꝑ iſta ṽba illa q̄ facit penitens p̄ter expſſaꝫ iniūctionē accipiūt maioꝛē ṽtutē ꝙ̄ habeāt ex ſe ad ſatiſfaciendū: Hec Tho. Uide ḡ ꝙ in oī ope ꝛc. maxie i flagellis ꝛ in ṽbis iniurioſis habēdo patiam ſatiſfacꝫ ꝓ pctis ſic̄ qn̄ facis iniūctā pniam.

## Caſus lxi.

Queriť. lxi. Utrū vnus ꝯfeſſoꝛ poſſit mutare pniam iniunctā ab alio: et dico ſm Ray. ꝙ ſic. dūmō tria ꝯcurrāt. Pꝛio ꝙ h̄ fiat diſcrete ꝛ cū rōnabili cā ꝛ circa ſubditū ſuū q̄. ſ. ad ꝯfeſſionē. di. lxxxj. pſbyt. Excipiūť ſolū iſti caſ⁹. ꝑm⁹ ſi pnia fuit publica maxie inchoata: qꝛ ſm Guil. debet req̄ri ſi commode p̄t ille q̄ iniūxit: ne ſcādalizeť. Scōs qn̄ eſt iniūcta ꝓ pctō reſeruato ſupioꝛi ſm Guil. niſi vꝛgeat neceſſitas aut ſuadeat vtilitas: qꝛ tūc piū ē credere ꝙ in hmōi ꝯceſſerit p̄tātē. Tertius qn̄ ſupioꝛ h̄ ſibi reſuauit ſm eūdē Guil. arg. l. di. accedēſ. ꝛ. xxxiij. q. ij. latoꝛē. ꝛ i glo. vſ' uſꝙ̄ capli. Aliter ſiue idē ſiue ali⁹ ſacerdos p̄t h̄: tn̄ n̄ dꝫ facere niſi examinata cā ꝓpt quā iniūcta eſt ſm Ray. Pꝛopť qd̄ videtur ꝙ non poſſit fieri niſi facta gn̄ali ꝯfeſſiōe ſi oia pctā ꝯcernit: vel ſpēali: ſi ꝓ aliq̄ ſpēal'r impoſita ē: niſi ſit euidēs ꝙ penitēs ipam explere n̄ poſſit: qꝛ n̄ debet dari medicina niſi cognito moꝛbo.

## Caſus lxij.

Queritur. lxij. Utrum aliq̄s i extremis poſſit facere reverā pniaꝫ? Rn̄deť ſꝫ ſententiā theol'. ꝛ cano. maxie s. Tho. iiij. diſt. xx. q. j. ar. j. q. j. ꝙ ꝙ̄diu hō viuit p̄t verā agere pniam. qd̄ ꝓbat Aug. li. de pnia de latrone Lu. xxij. et Ezech. xviij. In q̄cūꝙ̄ hoꝛa ꝛc. extrā de Siluestro ſcdō. d̄ pe. di. vij. Nemo. Sꝫ tn̄ vix aut nūꝙ̄ fit vera pnia i moꝛte qꝛ aut hō ſbito moꝛiť ꝛ res ſua ē expedita. Credo ꝙ dn̄s nūꝙ̄ h̄ ꝑmittit niſi i peſſimis hoibꝫ: et credo ꝙ ſit peſſimū ſignū eť nemoꝛtꝫ. Et ſi ꝓpēdat ſe moꝛi: adhuc vix p̄t penitere. rōnē aſſignat Scō. iiij ex ṽbis Augu. de ṽa pnia. Pꝛio. qꝛ requiriť vſus liberij arbitrij q̄ volūtas libere deteſteť pctm̄. Sꝫ vſus hic timoꝛe et doloꝛe impediť. Vn̄ Aug. de ṽa pnia. Difficile ē vt tunc ſit ṽa pnia qn̄ tāſera vēit: qn̄ cruciat⁹ mēbꝛa ligat: ꝛ doloꝛ ſenſū opprimit: vt vix hō aliq̄d aliō cogitare valeat. melioꝛ ē tn̄ ſeraꝙ̄ nl'la. Scōo qꝛ n̄ ſolū dꝫ eē volūtaria: ſed ꝓpť deum. Vn̄ s. Tho. in. iiij. d̄t: ꝙ Antioch⁹ n̄ ṽe penituit. ij. Mach. x. qꝛ h̄ faciebat timoꝛe pene. iō talis iā n̄ videť facere ꝓpť deum. ſed eſſe videť ſic̄ q̄ ꝓijcit merces in mare. Aug. vbi ſ. Null⁹ expecteť qn̄ peccare nō p̄t. arbitrij libertatē q̄rit de⁹. vt poſſit dolere ꝯmiſſa: n̄ neceſſitate: charitatē: ꝛ n̄ timoꝛē tm̄. qꝛ nō i ſolo timoꝛe viuit hō. Quē ḡ ſero pēitet: opꝫ nō ſolū timere iudicem: ſed ꝛ diligere: qꝛ ſine charitate nemo p̄t ſalu⁹ eē. Hec ille. Tertio: qꝛ mal⁹ habit⁹ ē effect⁹ naturaľ. Jō d̄t ſ. Tho. iiij. vbi ſ. ꝙ eſt difficile ꝙ affect⁹ hois quē mlt'o tpe in aliq̄d inclinatū habuit: ſubito in ꝯtrium muteť. Jō Aug. vbi ſ. Hec ꝯuerſio ſi ꝯtigat ēt in fine deſperandū nō ē de ei⁹ remiſſ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Rōe· ſꝫ qm̄ vix ꝛ raro ē tā iuſta ↄuerſio/
timēdū eſt de eo: maxie cū filijs q̃s illici
te dilexit ſūt pn̄tes: mōs ꝛ vxoꝛ ad ſe vo
cēt: ꝛ cetera q̄ illicite dilexit. Multos
ex h̄ ſolet pn̄ia decipe ſera. Hec ille. Ad
do q̄rto ſm Alb magnū ſup illō Quis
ſcit ſi ↄuertaꝛ· ꝛ ig̃ſcat: Joel.ij. Seueri
tas iuſticie diuie incerta ē inq̄t vtꝝ de⁹
i extremis velit dare grām· qꝛ tūc locū
habꝫ illō Greg. Qui nō vult cū potue
rit: iuſtū ē vt infligaꝛ ei nō poſſe cū vo/
luerit. Vn̄ Prouer.j. Vocaui ꝛc̄. Hec
Alber. Jō accipe ↄſiliū dn̄i Ne tardes
ↄuerti ad deū ꝛc̄.

## Casus.lxiij.

Queritur.lxiij. Vtꝝ cir
cūſtātia tp̄is ſacri pctm̄ agg̃
uet i infinitū: ꝛ ↄn̄r ſit necio
ↄfitēda: Rn̄. Pro fundamē
to argumētoꝝ ꝛ dciſiōis pmitto vnū ex
ſ.tho.malo.q.ij.ar.vij.ꝛ.j.ij.q.xviij.ar.
vi.ꝛ.iiij.di.xvj.q.iij.ar.ij.q.iij.ſ.ꝙ nll'a
circūſtātia aduenies actui trahit illum
ad aliā ſpēz pcti: niſi ipa addat nouā re
pugnātiā ad rōnē. Addit āt nouā repu
gnātiā qn̄ ipa ex ſe hꝫ rōnē mali. ſꝫ qn̄ n̄
hꝫ rōnē mali ex ſe: ſꝫ ſolū ex ſuppoſitōe
alicui⁹ poris: n̄ trahit i aliā ſpēm. ſic ac
cipe pecuniā mt'rā nō ē malū niſi ſuppo
ſito ꝙ ſit aliēa: iō ꝗ n̄ trahit extra gen⁹
furti. Hec ex illo vtualr. Tūc arguo
ꝙ iſta circūſtātia ſit aggrauās infinite.
Prio. Nā ōis circūſtātia trahēs ad ali
am ſpēm pcti agg̃uat i ifinitū: ꝛ ↄn̄r ē
necio ↄfitēda ſm cōem doctrinā ſctoꝝ.
Sꝫ iſta ē hmōi. qꝛ hꝫ ſpēalē repug̃ntiā
ad rōnē: qꝛ ↄtinet iiuriā tp̄is ſacri. Cō/
firmaꝛ: qꝛ circūſtātia ſacri loci trahit ad
aliā ſpēz. g̃ ꝛ ſacri tp̄is. Scdo. Nā qn̄cū
ꝗ vno actu agiꝛ ↄ duo p̄cepta/ ibi ē cir
cūſtātia agg̃uās ifinite: vtꝫ.iiij.vbi ſ.
q̄ſtiūcula.iiij. ꝛ oēs ↄcedūt. Sed qn̄ q̃s
fornicaꝛ i feſto: agiꝛ ↄ duo p̄cepta.ſ. Nō
mechaberꝭ. ꝛ Nō facies op⁹ ſuile. qꝛ pec
catū ē op⁹ ſuile. Cōfirmaꝛ. qꝛ s. Tho.ij
ij.q.cxxij.ar.iiij. ad ſcdm̄. dt ꝙ magꝭ fac
ↄ p̄ceptū d ſctificatōe feſti peccās ꝗ fa
ciēs op⁹ corpale licitū. Cōfirmaꝛ etiā:
qꝛ Alex. d ales i tertia ſūme dt: ꝙ tal' cō
mittit vnū pctm̄ q̄ntum ad actū: ꝛ duo
q̄ntū ad reatū. ſic q̄ v̄ginē deflorādo ne
cat. Cōfirmaꝛ tertio: qꝛ mlti doc. expſ/
ſe ſcp̄ſert iſtā circūſtātiā eſſe ↄfitēdā ne/
ceſſario. Sꝫ ↄ h̄ ē cōis ſchola ſcti Tho.
in q̄ nunꝗ vidi ꝗtū nō ſentiētē i oppo
ſitū. Ad q̄ōnē igiꝛ dico ꝙ Nico. d Lyr.
p̄m⁹ inuit (q̄ntū ego legerim) hāc circū
ſtātiā eē d necitate ↄfeſſiōis inixus ſup
v̄bo: ſuile: ꝛ ſup dc̄o Alex. de ales alle
gato vt credo forte nō ſatꝭ exq̄ſite vtrū
ꝗ itelligēs. Hūc deide ſecut⁹ ē Archi
eps floꝛē. ex ordine p̄dicatoꝝ tanꝗ cui⁹
ſtudiū fuerit ſp̄ fideliū mores vitāꝗ re
ſtrigere: ꝛ tanꝗ q̄ pfeſſoꝛ canonū ſniās
phicas aut theol'. ſcti Tho. plene dijui
dicare n̄ potuit: tertio loco emicuit ſum
ma roſella. deide p̄ceptoriū diuie legꝭ. i.
Joā. nider ordis p̄dl. q̄ tn̄ tanꝗ theolo
gus ꝛ meli⁹ doct⁹ i ſctō Tho. noluit aſ
ſertiue: ſꝫ dubitatiue loq̄ dicēs: ꝙ forte ē
neceſſaria: q̄ mō loq̄ndi vltio viſa ē ſum
ma angelica. Dico āt opiones iſtoꝝ ſta
re nō poſſe: ꝛ hāc circūſtātiā nō agg̃ua
re i ifinitū: nec eē ↄfitēdā ncario: ſꝫ ſolū
de bn̄ eē ꝛ ↄgruo. qd̄ pbo p̄mo ſic. Ois
circūſtātia aggrauās i ifinitū dat pctō
nouā ſpēm: trahēs illō ad aliō gen⁹: vt
ptꝫ ſm oēs: p̄cipue ſctm̄ Tho. i locꝭ ſup
pius allegatꝭ. Sꝫ iſta nō dat ſpēm pctō
qꝛ nō aggrauat niſi ſuppoſita malignt
tate poꝛi. Accipe em̄ voluptatē ex femi
na i die feſto ſm ſe nō repug̃t rōni: alio
qn vir nō poſſet debitū reddere die fe/
ſto ſine pctō: etiā exact⁹: ↄ ſcm̄ Tho. iiij
di.xxxij. ſꝫ ſolū repugnat ſuppoſito ꝙ n̄
ſit ſua: vl' ꝙ cā voluptatꝭ coeat: vl' ꝙ ipe
vir ſit petēs ꝛ exigēs qd̄ nō licꝫ ꝑpꝛ mā/
datū eccl'ie: lꝫ ex ſe nō ſit malū. qꝛ etiā i
die laudē poſſꝫ q̃s ꝛ actionē ꝛ coitū or/
dinare. Vn̄ s. Tho. iiij. di.xxxij.q.j.ar.
v.q.ij. ſic dt. Petere debitū i die feſtiuo
nō ē circūſtātia trahens ad aliam ſpēm
pcti: vn̄ nō p̄t i ifinitū agg̃uare. ꝛ iō nō
peccat mortal'r vxoꝛ aut vir ſi i die fe/
ſtiuo d̄bitū petat. Scdo. Nā qn̄cūꝗ cir
cūſtātia agg̃uat i infinitū: ꝛ ē neccario
ↄfitēda: opꝛtet ꝙ ſit directe ↄ p̄ceptū ſpe

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cialc. Sz in ꝓpoſito nõ ē ſic. qꝛ dƚ ſanctꝰ
Tho. ij. ij. q. cxxij. ar. iiij. ad pmũ. ꝙ illð
ꝑceptũ de ſcificatiõe ſabbati iportat
ceſſationē a pctõ ſolũ figuratiue i ſen/
ſu morali: ꝛ nõ ad lr̃am. ꝛ i. iij. di. xxxvij
q. j. ar. j. q. ij. ad ſcðm ſic dƚ. Opa ſuilia
myſtice itelligunť pctã. ſz ad lr̃am opa
ſuilia dicunť/ ad ꝙꝛ exercitiũ ſuos dpu
tatos hẽamꝰ: i qbꝫ debẽt artes mecha/
nice dirigere: ꝙ ꝯ libales diuidũť. Hec
ille. Et ꝯfirmať: qꝛ deꝰ exponẽdo illð ꝑ
ceptũ/ facit mẽtionē ſꝑ d opibꝫ mecha/
nicꝭ: nunꝙ ꝟo d pctõ. qð vtiꝙ feciſſz ſi
ad lr̃am voluiſſet pctã ꝓhibere. Cõfir/
mať etiã: qꝛ facere ꝯ vnũ ꝑceptũ ad lr̃az
ꝛ ꝯ alið metaphorice fit circũſtãtia ne/
ceſſaria: necario ꝙ fornicaƚ hꝫ ꝯfiteri ſe
ẽt idolatraſſe. qꝛ fornicatio i ſcptur̃ dƚ
metaphorice idolatria. Dato ꝙ ſit ꝯ il/
lud ꝑceptũ: ħ nõ ē niſi inq̃ntũ illð ē gña
le ꝓhibẽs oē pctm̃: vt dƚ ſ. Tho. ij. ij. vbi
ſ. Qð ãt ē gñale nõ trahit ad ſpẽm nec
ponit i nũeꝝ cũ ſpẽali. vñ rape ꝛ dãnifi
care iuſte/ nõ ſũt duo pctã: nec due de/
formitates. Ad pmũ ğ negaƚ maior.
De ħ ãt s. Tho. iiij. di. xvj. q. iij. ar. vl.
q. iiij. loqƚ. vbi expſſe maiorē negat di.
ꝙ circũſtãtia ſpẽm mutãs pt i infinituz
aggũare. ſz nõ ſꝑ ħ facit: ſz ſolũ qñ dire
cte hꝫ oppoſitõez ad ꝑceptũ legis: ꝛ po
nit exẽplũ. qꝛ ad pctm̃ gule ꝙ ē ꝑꝓpe/
addit hec circũſtãtia laute ſpẽalē defor
mitatē: ꝙ etiã ex ſe pctm̃ faceret. ſz nõ ē
directe ꝯ legē: iðꝙ nõ aggrauat i infi/
nitũ. Hec ex illo. Claꝝ ē ãt ex dictis ꝙ
circũſtãtia tpis nõ repugnat directe ꝑ
cepto leğ. Negaƚ etiã minor: ꝛ ꝓbatio.
qꝛ circũſtãtia tpis ſacri nõ ꝯtinet iniu/
riã eiꝰ ex ſe: ſz ſolũ ex ſuppoſitõe poꝝ a/
ctus mali. Ad ꝯfirmatõez dico ꝙ d tpe
ꝛ loco ē ſiƚe ꝙ ad multa. Pꝛio ꝙ ad ħ ꝙ
vtrũꝙ ē circũſtãtia aggũãs ex ſuppoſi/
tiõe poꝝ actꝰ mali: ꝛ ꝯñr oē pctm̃ i vtro
ꝙ ē grauiꝰ ceteꝝ paribꝫ. Scðo q̃ntũ ad
ħ ꝙ vtrũꝙ pt eẽ obiectũ aie itẽdẽꝝ opa
ri i ꝯtẽptũ ſacri loci vƚ tpis: ꝛ ꝯñr vtrũ/
ꝙ iſto mõ trahit ad aliã ſpẽm: puta io/
bediẽtie vƚ ꝯtẽptꝰ vƚ hmõi. Et iſta duo
ꝙ diximꝰ: s. Tho. i de ma. q. ij. ar. vj in
fine corꝑis tãgit dicẽs. Siqs faciat ali
qd idecẽs i tpe ſacro: tpꝰ ſacꝝ qð ꝯſide/
raƚ vt circũſtãtia reſpectu actꝰ idecẽtis
ꝙ i eo fit/ pt ꝯſiderari vt obiectũ reſpẽu
alteriꝰ actꝰ circũſtãtꝭ: ꝙ ē ꝯtẽnere tpꝰ ſa
crũ. Hec ille. Et tertio ꝙ ad ħ ꝙ vtrũꝙ
hꝫ annexã circũſtãtiã trahẽtē i aliã ſpe
ciē q̃ntũ ad aliq̃ ꝛ aggrauãtē in ifinitũ
ꝙ ē circũſtãtia iobediẽtie. qꝛ qð alˀs eẽt
licitũ: i tẽpe vƚ loco ſacro erit illicitũ ꝛ
mortale. ſic arare i die feſto. ꝛ iugulare
latronē i ecclĩa. Vñ ſic homicidiũ iniu
ſtũ ꝛ i ecclĩa hꝫ duplicē deformitatē: iu
ſtũ ãt vnã tm̃: ita labor manualˀ iniquꝰ
puta trãſportatio rei furtiue i feſto/ hꝫ
ſiƚr duplicē dformitatē: equꝰ ꝟo vnã tm̃
Eſt ãt diſſiƚe i vno. qꝛ ſi a tpe ſecludãꝰ
ꝑceptũ dei ꝓhibẽtꝭ opꝰ aliq̃d ꝛ itelliga
mus deũ tpꝰ feſti ꝯſecraſſe ad ſibi ꝙ ad
aliq̃d vacãdũ: ſiƚr a loco ſecludamꝰ ꝑce
ptũ dí vƚ ecclĩe d nõ effũdẽdo ſãguiē vƚ
ſeie vƚ d ñ furãdo ſacra: ꝛ itelligãꝰ deũ
vƚ ecclĩaz ꝯſecraſſe locũ ecclĩe ꝓ diuis:
ſtãte caſu adhuc aliq̃d opꝰ factũ i loco
ſacro hẽbit ex ſe repugnãtiã ad rõnē: ꝛ
ñ ſolũ i ordie ad ꝑora: puta ſi ibi qs lu/
dat: aut vir cogſcat vxorē ſuã. vel ptãs
vidictã ſãguis exerceat. Secꝰ ãt de tpe
qꝛ tũc arare nõ erit pctm̃: ſic nec ludere
ad pilã: in ꝙ labor ē maior. iðꝙ circũſtã
tia loci aliqñ trahit i aliã ſpẽm: ñ ãt cir
cũſtãtia tpis. Et hoꝝ rõ ē: qꝛ locꝰ attigi
ꝑt actiõe corꝑali trãſeũte: puta furto ꝙ
tolliƚ res iherẽs: vƚ effuſiõe ſanguis vel
ſeis: ñ ãt tpꝰ. Vñ ſic pctã ꝙ fiũt i ecclĩa
ꝛ nõ trãſeũt corꝑaƚr i locũ ipm: vt cogi
tatões male ꝛ ꝟba ꝙ ex ſe hñt i acre ſiſte
re: nõ aũt attingere ſtructuras niſi ꝑ ac
cidẽs: ſũt q̃dē grauiora: ſz nõ trahũt in
ſpeciē aliã. qꝛ nõ attingũt locũ iiurioſe.
ita nullũ pctm̃ factũ i tpe ſacro trãſfert
in ſpẽm aliã: niſi vt dictũ eſt rõne circũ
ſtãtie annexe: qꝛ non attingit iniurioſe
ſacꝝ tempus. Et notãdũ ē ꝙ licz mlˀ/
ta mala fiant i ecclĩa: tñ ſpẽs ſacrilegij
aggũãtes i infinitũ ñ aſſignƚ niſi tres.
qꝛ ꝗuis forte ꝛ deħ poſſit alia rõ reddi
credo tñ ꝙ iſta ſit rõ: qꝛ illa tria ſub ꝑce
pto ꝓhibita ſũt a deo vƚ potiꝰ ecclĩa. vñ
licz triturare ſegetes ꝛ copmere vuas ꝛ
mercari ꝛ facere ludos i ecclĩa/ ex ſe ſint

malū: ⁊ ꝯn̄r ī aliam ſpēm trahant: q̄ꝛ tn̄
ſub p̄cepto n̄ ꝓhibenł: nō aggrauant in
finite. Ad ſcōm autē dico ꝙ valet ad
oppoſitū: vt oſ̄ſum eſt. Ad ꝑmā ꝯfir//
matione dico: ꝙ duobꝫ modis aliq̄s fac̄
ꝯ aliq̄d p̄ceptū. Primo faciēdo ꝯ inten
tionē ꝑrimā p̄cipientis. Et ſcd̄o facien
do ꝯtra remotā: ſic ꝯ illud p̄ceptū. Non
furaberis. facit ꝑmo mō q̄ furał. ⁊ ſecū
do mō q̄ odit. q̄ꝛ deꝰ faciēs illud p̄ceptū
in mēte intēdebat n̄ eſſe furandū vltia//
te ꝟo intēdebat dilectionē ꝑrimi ⁊ ſui.
Qn̄ āt q̄s facit ꝯtra p̄ceptū aliq̄d ſcd̄o
mō: n̄ facit ꝯtra illud ſolū ⁊ ſpēalr̄ ⁊ di
recte: ſed oīa et indirecte: q̄ꝛ ī vltio fine
oīa ꝯueniūt. Nec facere ſic ꝯ p̄ceptum/
trahit in aliā ſpēm. alioq̄n is q̄ furatur
etiā cōmitteret deformitatē fornicatio
nis: ſed ſolū facere ꝯtra p̄ceptū directe
idē q̄ntū ad intentionē ꝑrimā: qd̄ nō ē
in ꝓpoſito. Sctūs Tho. aūt loq̄ł ſcd̄o
mō. Vel intendit ſctūs Tho. vt dr̄ bo//
ne memorie mgr̄ Petrꝰ bergo. ꝙ talł fac̄
magis ꝯ illud p̄ceptū intellectū meta//
phorice: ⁊ vt eſt q̄ddā p̄ceptū generale.

Ad ſcd̄am ꝯfirmationē dico primo ꝙ
Alexander loq̄ł eo mō q̄ ⁊ ſctūs Tho.
nec opoꝛtꝫ moueri ꝑ exemplū qd̄ ponit
q̄ꝛ ſcti interdū ꝑ exaggerationē loquūł
ī deteſtationē pctōꝝ. Dico ſcd̄o ꝙ n̄ co//
gimur auctoꝛitatē eiꝰ recipe aduerſꝰ au
ctoꝛitatē ſcti Tho. cuiꝰ doctrina ē ꝑ ec//
cl'iā examinata ⁊ cōꝓbata: maxie q̄n
tū ad ea q̄ fidē moreſq̄ꝫ ꝯcernūt. Vel di
co tertio ꝙ Alexander videł ſe firmare
in h̄ ꝙ ī noua lege p̄ceptū de ſctificatōe
ſabbati obſuādū ē eo mō q̄ eccl'ia ſtatu
it: q̄ et ab opibꝫ ſuoꝝ ⁊ a pctis mandat
abſtinēdū ſꝫ eccl'ia loq̄ł exhoꝛtatoꝛie q̄
ad pctā ⁊ n̄ p̄ceptiue. q̄ꝛ nō ē credibile ꝙ
ipa illō p̄ceptū ſtrictioꝛi mō q̄ꝫ deꝰ inſti
tuerit dicētibꝫ oībꝫ ꝙ maioꝛi acrimonia
ī veti q̄ꝫ ī noua lege ſuabał. Ad tertiam
ꝯfirmatōꝫ dico ꝙ eoꝝ auctoꝛitati ī hac
ꝑte n̄ ē ſtādū. q̄ꝛ iefficacit̄ arguūt ī ſenſu
myſtico arguēdo ſic. Oē opꝰ ſuile ī fe//
ſto ꝓhibeł Pctm̄ ē opꝰ ſuile ⁊c̄. Poſtq̄ꝫ
iſta ꝯſcripſerā interloq̄ndū oblata mihi
ē ep'la illiꝰ p̄clari thomiſte ⁊ viri ſcītiſſi//
mi mgr̄i Petri bergo. ad q̄ndā amicum
ſuū ſic dicētꝫ. Venerabił pr̄ p̄miſſa re//
com̄. De circūſtātia tp̄is noueritꝫ ꝙ iā
diu venerabiles pr̄es atq̄ꝫ doctoꝛes ſa//
cri. ſ. mgr̄ Gabꝛiel de barchinona. mgr̄
Vercellinꝰ d̄ vercelł: mgr̄ Angelꝰ d̄ nir
dono: dn̄s Ludouicꝰ d̄ neapoli: q̄ diſpu
tauit ꝯ totū ḡnale capł'm frm̄ minoꝝ. ⁊
poſteā factꝰ ē monachꝰ. fr̄ Antoniꝰ de
ſctō Germano de ꝟcellis. fr̄ Dn̄icus de
cathalonia. ⁊ frater Joānes de calopia
in ꝯuētu bononiēſi me p̄nte diffinierūt
⁊ ꝯcluſerūt ꝓ ꝑte negatiua de mente ſā
cti doctoꝛis ⁊ ꝓ rei ꝟitate. q̄rū rōnes et
allegatiōes dimitto: q̄ꝛ nimis longum
eēt cūcta narrare. nec obſtat ꝙ dr̄. ij. ij.
q. cxxij. ar. iiij. ad ſcōm: ꝙ pctm̄ moꝛtale
ē opꝰ ſuile. ⁊ ꝙ magꝫ facit ꝯ iſtud p̄ce
ptum peccās moꝛtalr̄ ī feſto q̄ꝫ exercēs
opꝰ manuale: q̄ꝛ vt ibi dr̄ ad ꝑmū iſtō p̄
ceptū q̄ ad ceſſationē a pctis ⁊ q̄etē mē
tis ī deo ē ḡnale. generalia aūt nihil ad
dūt ſup̄ ſpecialia. nec generale numera
tur cū ſpēali: ſic homicidiū nō aggraua
tur ex p̄cepto generali. ſ. declia a malo/
vł/ noli peccare. Jtē illō p̄ceptū ſcd̄m ſꝫ
ſenſū litteralē intelligił ſolū de ꝯpe ma
nuali ſeu mechanico: ſꝫ q̄ ad pctā moꝛ//
talia itelligił ſolū ſꝫ ſēſū myſticū: vt dr̄
ibi. ⁊ in. iiij. ſen. diſt. xxxvij. q. j. ar. j. ⁊ ſu
ꝑ Mat. c. xij. col. iiij. Et bn̄ ſcitꝫ ꝙ argu
mētū n̄ trahił a ſenſu myſtico: ſed tm̄ a
lrali ſꝫ Dion̄. ⁊ Aug. ⁊ ſctm̄ Tho. Nec
obſtat ēt ꝙ circūſtātia de feſto p̄t ꝯſide
rari vt obiectū reſp̄cu illiꝰ actꝰ q̄ ē ꝯtēne
re tp̄s ſacꝝ: q̄ꝛ illō ē p̄ter intētionē peccā
tis vt p̄imū. ſꝫ nl'la circūſtātia q̄ ē p̄ter
intētionē peccātis dat ſpēm peccato: vt
dr̄ ꝑma ſcd̄e. q. lxxij. ar. j. ⁊. viij. in coꝛꝑe
Hec ille. Pro cuiꝰ ꝟbis nota ꝑmo ꝙ
cū dicit generale n̄ aggrauare ſpeciale
n̄ vult dicere q̄n pctm̄ ī feſto ſit grauiꝰ
ſꝫ ꝙ n̄ ē grauiꝰ ex illo p̄cepto: non facies
opꝰ ſuile. qd̄ pctā n̄ ꝓhibet faciēda: ſꝫ ſi//
gnificat eo mō q̄ p̄ceptū de circūciſiōe
n̄ obliggabat ad ſuccidēdū maloſ affectꝰ
ſꝫ ſcat h̄ eē faciēdū. ē āt grauiꝰ ex ipa ſā
ctitate tp̄is: q̄ ꝯtēnił: ſꝫ iſta grauitas n̄
ſit niſi in eadē ſpecie: ⁊ ex ſuppoſitiōe ꝑ//
oꝛꝫ ioꝛdiatōis vt dcꝫ ē. Nota ſcd̄o ꝙ vtꝫ
mgr̄. q. ij. ar. vj. icoꝛ. duplr̄ circūſtātia

dat ſpēm pctō pori vno. ſ.mō ſpēm eiuſ
dē gñis:ſic circūſtantia loci addita fur
to facit ſacrilegiū qd̄ ē ſpēs furti. Alio
mō ſpēm oino diſparatā:ſic ſi q̄s fure/
tur vt occidat.circūſtātia finis dat ſpe
ciē homicidij:q̄ ñ ē ſpēs furti. Et iſto ſe
cūdo mō intelligif ꝙ circūſtantia q̄ ē p/
ter intētiōez/ñ dat ſpēm:ſꝫ alio mō poſ
ſit itelligi vt ipē mgr̄ petr⁹ declarat in
dubijs ſue tabule. Nota ēt ꝓ tota qō/
ne ꝙ qñ Aug. dr̄ i li.'de decē chordis ꝙ
meli⁹ iude⁹ i agro ſuo aliq̄d in ſabbato
vtile faceret q̄ꝫ i theatro ſeditioſ⁹ exiſte
ret.ꝛ iudeoꝝ femie meli⁹ lanā facerēt q̄ꝫ
i neomenijs impudice ſaltarēt: h̄ id̄ nō
dr̄ q̄ſi i illo faciāt ꝯ duo p̄cepta: ꝛ i iſto
ꝯ vnū tm̄.ſꝫ id̄ qꝛ iā ſabbatū ñ obligat.
idq̄ꝫ meli⁹ ilł eēt depoſita erronea ꝯſcia
i eo opari. vł id̄:qꝛ lꝫ op⁹ manuale i ſab
bato.i.i feſto ad lucꝝ ſit pcm̄.ſec⁹ ad lau
dē dei puta ad ſuicēdum paupibꝫ: vł ēt
ad cauēdū a pctis ſicut vir auditꝫ diuis
licite ſe occupat i ſcribēdo ñ ad lucrū:ſꝫ
ne ocioſus fornicef ꝛ domicelle a nobi
lib⁹ matronis laudabilr̄ occupāf i addi
ſcēdis opibꝫ ac⁹:ne ilł ſtātibꝫ i feneſtris
moꝛs igrediaf p feneſtras. Laudabilif
inquā p⁹ q̄ꝫ eis exercitia ſpūalia diu cō/
tinuata i faſtidiū ꝟtunf. Igif canoniſte
q̄ ſentiūt iſtā circūſtantiā eē neceſſario
ꝯfitendā aut ſileāt:aut ſcm̄ Tho. itelli
gāt ꝑus vł ſaltē vbiq̄ꝫ videāt.

## Caſus lxiiij.

Queritur. lxiiij. Vtrū
is q̄ religionē intrat aio ꝛ in
tētiōe pſeuerādi i ea vſq̄ꝫ ad
mortē ſi pēiteat redire ad ſe
culū poſſit: ꝛ ꝯtrahere mr̄imoniū: Rñ
deo Circa iſtā qōnē mlta dici poſſēt:qꝛ
canoniſte ſup hac re mlta ſcpſert obſcu
rando text⁹ iurꝫ clariſſimos:ſed breuibꝫ
agā. Tria aūt faciā. Pri° q̄dā oportu/
na p̄mittā. Scd̄o recitabo opiniōes re
probādo falſas ꝛ aſtruēdo verā. Tertō
ꝯ ꝟitatē arguā ꝛ ſoluā. Quantū ad p̄
mū ſciēdū ē p̄mo ꝙ duplr̄ aliq̄d ē illici/
tū. Primo. ſ.ex ſe vł ſm ſe ſiue ex gene
re ſuo:ita ꝙ nūq̄ꝫ p̄t licite fieri: vt odire
vł blaſphemare deū. Et ſcd̄o ex circun
ſtātia.ita.ſ.ꝙ i aliq̄ caſu ē licitū:ꝛ i aliq̄
illicitū:vt leuare feſtucā:qd̄ illicitū ē in
ꝯtēptū alti⁹: vł qñ q̄s dꝫ i alijs occupa
ri:lꝫ aliqñ liceat. Nos āt ñ q̄rim⁹ de illi
cito p̄mo mō.ñ āt ſcd̄o mō:qꝛ ñ ē dubiū
ꝙ rōne igratitudis vł alti⁹ circūſtantie
talis peccare pōt.puta qꝛ redit ad ſecu/
lū.vt ſecularif.i.laſciue ꝯuerſef. Sciē
dū ē ſcd̄o ꝙ religionē triplr̄ q̄s ingredi
p̄t. Prio.ſ.aio ꝛ itētiōe exeūdi tādē ſed
interim aliq̄ tp̄e volēdo ꝯponere mores
ꝓprios:vel ſatiſfacere voto:vel effugere
pſecutōem:ꝛ hmōi. Et ſcd̄o aio ſtati in
ipa habit⁹ ſuſceptiōe ꝓfitēdi expſſe vel
tacite:qd̄ olim licuit: vt pꝫ extra de re
gula.ad aplicā.ꝛ c.ſtatuim⁹. ꝛ ēt mō li
cet extra ordies mēdicātes: qꝛ h̄ ꝓhibe
tur i ordie p̄di.ꝛ mino.extra eodē.ñ ſolū
li.vj.ꝛ i alijs ordibꝫ mēdicātiū. ibidē i
c.ꝯſtitutionē. Et tr̄io aio q̄dē ꝛ intētōe
pſeuerādi ſp.ſꝫ ñ aio ꝓfitēdi infra annū
ſeu vouēdi vł alif ſe obligādi.vł qꝛ de h̄
ñ cogitat:vel qꝛ cogitat:ſꝫ vult ſe liberꝫ
eē p annū. Sciēdū ē tr̄io ꝙ abbas i c.
liſaturā. extra de voto ꝛ voti redēptiōe
dr̄:ꝙ ſm canoniſtas votū initiaf qñ ꝓpo
ſitū ſeminaf i aio: ꝯfirmaf aūt cū deli/
beratio ſigif:ꝯſūmaf ꝟo cū ꝟba enūciā
tur. Ex p̄mo hoꝝ ñ obligaf q̄ſ q̄ ad deū
vł ecclīā.ex ſcd̄o ꝟo obligaf q̄s q̄ ad de
um tm̄.xvij.q.j.qui bona agūt.ſed non
q̄ ad ecclīā:ex q̄ ſibi nō ꝯſtat.ex tertio āt
obligaf q̄s q̄ntū ad vtrunq̄ꝫ. Sciēdū
ē q̄rto ꝙ idē ibidē dr̄ ꝙ ſm ſcm̄ Thom.
ij.ij.q.lxxxvij.ar.j.ad obligationē voti
reqrif p̄mo deliberatō:ꝛ ſcd̄o ꝓpoſitum
ꝛ tertio ꝓmiſſio. q̄ deo fieri p̄t etiā ſolo
corde. q̄ q̄dē dicta ſancti Tho q̄ꝫ Io
an.an.ꝛ doctores ſimplr̄ recitent tm̄ mi
hi videf ꝙ deſtruāt mltas theoricas ca
noniſtaꝝ:vel ſaltē oportet illas reſtrin
gere. Nā cū dictū ſit i c.ꝯſului. extra de
reg.ꝙ ſuſcipiēs habitū religiōis cū ꝓpo
ſito vitā mutādi/ē efficacif obligat⁹ re/
ligiōi q̄ ad deū ꝓpt illḋ ꝓpoſitū. Cōtra
riū hui⁹ p̄t inferri ex dictꝫ ſcti Tho.qꝛ
ñ ſufficit ꝓpoſitū niſi ſequaf ꝓmiſſio ſal
tē i corḋ. Opꝫ ḡ rſtriger iura q̄ firmāt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

deciſiõez ſup ꝓpoſito: vt intelligãt de ꝓ
poſito cũ animi ꝓmiſſiõe. Hec ex abba
te. Sciẽdũ eſt q̃nto ꝙ vel abbas ñ in-
tellexit canoniſtas: dicẽtes votũ eẽ ꝓpo-
ſitũ aliq̃d faciẽdi: vel canoniſte ñ intel
lexerũt q̃d ſit votũ: Nã ſi ſm eos votũ
ẽ ꝓpoſitũ cũ ꝓmiſſiõe: dicta s. Tho. nõ
euertũt theoricas canoniſtaꝝ. qꝛ eodẽ
mõ ſumũt votũ vt ſctũs Tho. Si vo ẽ
ꝓpoſitũ ſine ꝓmiſſiõe. ipi ñ itelligũt q̃d
ſit votũ: de cuiꝰ rõne eſt ꝓmiſſio. Tũ qꝛ
cauſat votũ ex q̃dã pollicitatõe. vt i. l. j.
ff. de pollici. Tũ qꝛ ſcriptura vbiqꝫ inuit
votũ eẽ ꝓmiſſionẽ: ſm illud Deut. xxiij.
Si votũ ꝛc. Et ſubdit. Facies ſic ꝓmi
ſiſti dño: nũqꝫ vo innuit ꝙ ſit ſolũ ꝓpo-
ſitũ. Tũ qꝛ idẽ tenet Archid. i c. q̃ bõa
di. xvij. q. j. Tũ qꝛ idẽ ptz ex eiꝰ diffiniti
one ſz oẽs theologos. q̃bꝰ i h ſtandũ eſt:
qꝛ votũ ẽ actꝰ latrie q̃ cultũ exhibet dõ q̃
ẽ obiectũ theologie q̃ ẽ ſcia de dõ. vt ptz
ex ſuo noie. Quãtũ ad ſcõm p̃ma opi-
nio ẽ oim canoniſtaꝝ cõit dicẽtiũ ꝙ tal
ad ſeculũ redire ñ pt nec licite ꝯtrahere
ſed ẽ religiõi in gñe vel i ſpecie obligatꝰ
q̃ꝝ aliq̃ dicũt ꝙ talis ẽ ſolennit ꝓfeſſus
aliq̃ vo ꝙ nõ: licꝫ ad ſeculũ redire ñ poſ
ſit. Nã Inno. i c. ꝯſulti. de regul. tenet
ꝙ iſte ſit verꝰ religioſus. nec teneat mrĩ
moniũ ab eo ꝯtractũ. qꝛ inq̃t ꝓpoſitum
mutãdi vitã cũ ſit q̃ddã votũ: ſolenni-
zat ꝑ habitꝰ ſuſceptionẽ: qḋ ẽt tenet Ho
ſti. ꝛ Vincẽ. dicẽtes. ꝙ ſi iſte vxorẽ habu
iſſet icognitã: illa potuiſſet incõtinenti
alti nubere. q̃ſi ꝑ h ꝓpoſitũ ſolennizatũ
ꝑ habitꝰ ſuſceptionẽ diſſolutum fuerit
mrĩmoniũ nõ ꝯſũmatũ: qḋ Io. an. dt ꝓ
bari ꝑ c. bñficiũ. de regula. li. vj. vbi dr
ꝙ bñficiũ ſuſcipientis habitũ nouitioꝝ
põt alti ꝯferri: ſi euident apparet eũ vo
luiſſe vitã abſolute mutare: ꝛ cum hac
opiniõe trãſit dñs An. in c. ꝯſulti. ꝛ fe-
re oẽs ſcribẽtes. Sed dñs Cardi. tenet
iſtũ ñ eẽ vere religioſũ: q̃uiqꝫ ad ſeculũ re-
dire ñ poſſit ꝛ ꝯñr teneret matrimoniũ
ab illo ꝯtractũ: qꝛ inq̃t ꝑ ſuſceptionẽ ha
bitꝰ ñ fit ꝓfeſſio tacita vel expſſa: ꝛ ꝯñr
votũ ñ ẽ ſolẽnizatũ q̃ ad dirimere mrĩ-
moniũ pꝰ ꝯtctũ. ꝑ ca. vnicũ. de voto. lib.
vj. ꝛ ita refert ſe ꝯſuluiſſe i facto. Sed
opinio canoniſtaꝝ ſtare ñ pt. Quicũqꝫ
ei obligat religiõi obligat ſuꝑioris p̃ce
pto vl ꝓꝓo voto. Sz iſte ñ obligat reli-
giõi ſuꝑiorꝫ p̃cepto: vt ꝯcedũt canõiſte.
ꝯ q̊s arguo. neqꝫ ꝓꝓo voto: qꝛ de rõe vo
ti ẽ ꝓmiſſio: vt patuit: quã iſte nõ fecit.
Vñ bñ dt Panoꝛ. ꝙ doctria bti Tho.
imo oim theologoꝝ: canõiſtaꝝ theori-
cas euertit. Specialr ãt opinio cõioꝛ. i.
Inno. ꝛ ſeq̃ciũ ſtare ñ pt. Nã oẽ votũ
ſic ſolẽnizatũ vt poſſit ſeq̃ns mrĩmoniũ
dirimere: ẽ ſolẽnizatum ꝑ oꝛdinẽ ſacꝝ vl
ꝓfeſſionẽ expſſã vl tacitã factã alicui ꝯ
religiõibꝰ approbatꝫ ꝛ ñ alit: qḋ ptz i dẽ
cto c. vnico. Sz iſte ñ ẽ ꝓfeſſꝰ expſſe vel
tacite. qḋ pz p̃mo ꝑ c. ex trãſmiſſa. extra
de renun. vbi clare ptz ꝙ votũ itrãdi re-
ligionẽ ꝛ ꝓpoſitũ ꝑſeuerãdi ſit nec faci-
unt religioſũ ꝑ habitꝰ ſuſceptiõez nec ali
quã iducũt ꝓfeſſionẽ. Et ſcdõ ꝑ ca. ad
aplicã. de regu. vbi ptz ꝙ ꝓfeſſio fieri ñ
pt ſine ꝯſenſu ꝓfitẽtꝫ ꝛ monaſterij: qḋ ñ
intẽdit iſtũ ad ꝓfeſſionẽ recipe dãdo ha
bitũ nouitioꝝ. ſz vult mores eiꝰ expiri.
Et tẽtio qꝛ cũ iſta ꝓfeſſio ſit q̃ſi q̃dã con
tractꝰ ꝛ hincide oꝛiat obligatio recipro
ca: ñ pt ꝯſiſtere ex ꝑte vniꝰ tm. l. i oibꝰ. ff.
de acti. ꝛ obli. Scdã ãt opinio ẽ Petri
de Palude. ꝛ Frã. de zãba. ꝙ ſuſceptio
habitꝰ religiõis cũ firmo ꝓpoſito rema-
nẽdi eq̃pollet voto ſimplici ex vi ſtatu-
ti eccleſiaſtici. extra de regu. ſtatuimꝰ:
ita ꝙ talis ad ſeculũ redire ñ pt: ñ rõne
voti: ſz rõne ſtatuti vel p̃cepti ecclíaſti-
ci. Sz nec iſta opinio pt hre vitatẽ: qḋ
ꝓbo p̃miſſis tribꝰ dictꝫ q̃ habẽt i canõe.
extra de regula. Nã in c. ꝯſulti. Inno-
tij. dt i h caſu ſic. Nos credimꝰ diſtiguẽ
dũ vtrꝝ is q̃ ꝯuertit ꝓpoſuerit abſolute
vitã mutare vt ſub habitu regulari oi-
potẽti deo de cetero famulet: an ꝯditio
nalit expiri obſuãtiã regularẽ vt ita de
mũ ſi ſibi placuerit ꝓfiteat oꝛdis diſci-
plinã. In p̃mo caſu dꝫ vt regularit vi-
uat ad laxiorẽ ſaltẽ regulã ꝯtrãſire. In
ſcdõ pt ad ſeculũ ñ vt viuat ſecularit re
mãere. Vt g̃ q̃ ſit eiꝰ itẽtio plenꝰ agſca
tur ꝓpoſitũ ſuũ in p̃ncipio preſtet. Hec
ibi. Vbi ptz ꝙ intẽtio mutãdi vitã ab-
ſolute obligat ex ſe ſine q̃cũqꝫ p̃cepto vl



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtatuto: cuꝫ papa nihil ibi mandet aut
ſtatuat: ſed ſolum declaret. Deinde ꝟo
in ca. ſtatuim⁹ Gre. ix. i eodē caſu ſic dī
Statuim⁹ nouitios i pbatione poſitos
añ ſuſceptū religiōis hitū ꝗ dari pfitē-
tib⁹ ꝯſueuit: vl' añ pfeſſionē emiſſā ad p̄
orē ſtatū redire poſſe libere infra annū:
niſi euidenter appareat ꝙ tales abſolute
voluerint vitā mutare: ꝛ i religiōe ꝑpe
tuo dño deſuire: cū ꝗlibet renūciare va
leat ei qđ p ſe noſcit introductū. Nihi-
lomin⁹ ſtatuētes ad oēm ambiguitatē
penit⁹ amouendā ꝙ cū i ꝗbuſdā locꝭ re-
ligioſ nouitioꝝ habit⁹ ñ diſtinguat' ab
hitu pfeſſoꝝ: pfeſſiōis tpe bñdicant' ve
ſtes ꝗ pfitētib⁹ cōcedunt' vt nouitioꝝ a
pfeſſoꝝ habitu diſcernat'. Hec ibi. Dei
de Innocēti⁹ qrt⁹ i c. Nō ſolū. eo. i ti. li.
vi. frib⁹ p̄dicatoꝝ ꝛ minorib⁹ inhibet ſb
excōicatiōis pena ne añ annū pbatōis
ꝗ ē marie in ſubſidiū fragilitatꝭ hūane
regularit' inſtitut⁹ recipiāt ad pfeſſionē
ſuoꝝ ordinū vl' renūciatiōeꝫ ſeclo faciē
dā ne vñ ſpūal' pfect⁹ qrit': ſalutꝭ diſpen
diū ſubſeqt'. Premitto ēt ꝙ ſm Petrū
idē eſt ꝗ vult abſolute vitā mutare: ꝛ ꝗ
intēdit ꝑpetuo eē i religiōe: lꝫ ñ ſint idē
ſm ꝟitatē. Tūc arguo ſic. Prio. Nam
qđ ad aliqd obligat ex ſe: nō obligat ad
illđ ex ꝗcūqꝫ p̄cepto eccl'ie ſupueniēte:
qꝛ illđ p̄ceptū eccl'ia ſine cā ꝛ rōe ꝛ ꝯñr
fruſtra feciſſet. Sꝫ ſuſceptio habit⁹ re-
ligiōis cū ꝓpoſito pſeuerādi .i. mutandi
vitā abſolute ex ſe obligat ad nō redire
ad ſeculū: vt patuit ꝑ cap. ꝯſulti. Ergo
nll'm ē factū p̄ceptū ab eccl'ia ad obligā
dū ad h̄. Scđo: Nā ſi tal' ē ad h̄ obliga
t⁹ ex p̄cepto eccl'ie cā obligatiōis eēt ex
ꝑte eccl'ie ꝛ ñ ex ꝑte nouitij. ſed h̄ ē falſū
vt ptꝫ ꝑ c. Statuim⁹. in ꝗ reddit' cā ob
ligatiōis. qꝛ .ſ. ille renūciauit iuri ſuo .i.
libtati ſibi ꝯceſſe i anno pbatiōis. Etſi
dicat' ꝙ illa renūciatō ñ ē cā obligatōis
ſꝫ ē diſpoſitio ad eam .i. p̄ceptū. Cōtra
qꝛ libtati ſue null⁹ renūciat niſi qꝛ vult
obligari. ad velle āt obligari ad aliqd
ſeqt' eē obligatū cū illđ ſit votū ſaltē in
terp̄tatiue. ꝛ ꝯñr ſupflue induceret' p̄ce-
ptū obligatiuū vl' ſi ñ ſeqt' eē obligatū.
tñ ꝗ vlt obligari ſtati pt ſe vo obligare
vouēdo: ꝛ ꝯñr ſupflue iducit' p̄ceptum
Tertio. Nā qđ eccl'ia alios facere phibꝫ
ipa ñ fac ſtāre eadē cā. Sꝫ eccl'ia phibꝫ
alios obligare aliquē ad religionē ante
annū pbatiōis ēt volētē obligari: vtꝫ i
c. ñ ſolū. ergo h̄ ipa ñ facit ſtāre eadē cā. ſic
ſtat i ꝓpoſito. qꝛ ñ min⁹ vergit in diſpē-
diū ſalutꝭ aliquē obligari ad religionē
ex p̄cepto eccl'ie qꝫ ex ſuaſiōe inducētis
ad ſe obligādū. Quarto ſi decretal': ſta
tuim⁹. hꝫ ꝟitatē ꝑ diſtinctionē hit⁹ no
uitioꝝ ꝛ pfeſſoꝝ: i iſto caſu ois tollit' am
biguitas: vt ptꝫ dicto c. ſtatuim⁹. Sed
ſi eccl'ia p̄cipit vt ſuſcipiēs habitū noui
tioꝝ cū intētōe pſeuerādi ſit religiōi obli
gat⁹: ñ tollit' ois ambiguitas. qꝛ quēuiſ
hoꝝ habituū ꝗs recipiat intēdēs pſeue
rare nihil rfert: ex ꝗ vtroqꝫ mō ē obliga
t⁹. ergo ſi Petri opinio ē vera decretal' eſt
falſa. Quito nll'm p̄ceptū ꝟgēs i diſpē
diū ſalutꝭ aiaꝝ ē factū ab eccl'ia. qꝛ hoc
ipa ꝗ a ſpūſcō regit' cauet. vt ēt ptꝫ i di-
cto c. ñ ſolū. Sꝫ iſtđ ē hmōi. qꝛ cum fere
oēs itrātes religionē habeāt intētōeꝫ pſe
uerādi: ſi eis ñ notificat' h̄ p̄ceptū illaqͥ-
ant' igrantes. ſi ꝟo eis notificat' dat' eis
occaſio vt pſeuerādi intētiōꝫ mutent: qđ
mltū nocꝫ aiab⁹. Tertia āt opinio vera
tenet pmo ꝙ eccl'ia circa h̄ nll'm fec p̄ce-
ptū neqꝫ aliqd obligauit ſꝫ reliqt ānū
pbatiōis liberꝝ. Et ſcđo ꝯñr ꝙ null⁹ ob
ligat' ad religiōeꝫ niſi ex ꝓpo voto. Et
trio ꝙ ille ꝗ igredit' cū aio pſeuerādi ſꝫ ni
hil vouēſ aut ſpōdēſ ē i ſua libtate ꝯhēdi
mrimoniū ꝑ totū ānū pbatōis. qꝛ ad re
ligionē ñ obligat' ꝓpo voto neqꝫ alicō p̄
cepto. Iſtā āt opinionē oꝑtꝫ dicere eſſe
ď mēte ſ. Tho. vtꝫ ꝑ eaꝗ ſ. allegata ſt ď
abbate. ꝛ clari⁹. ij. ij. q. vl. ar. iij. Hanc
ēt ſeqt' ſūma roſella. ti. nouiti⁹. § xij. et
ſūma Angelica ti. eodē. § xij. Sꝫ ꝯ: vi
det' ꝙ hec opinio ſit falſa. Prio. Nā dr i
c. vidua. extra de regl'a. Vidua ſi ſpōte
velū ꝯuerſiōis ꝯſuetis ñ ſacꝝ ſibi impoſu
erit: ꝛ i eccl'ia int' velatas oblatōeꝫ đo ob
tulerit: velit nolit ſcimonie habitū vl
teri⁹ dꝫ hr̄e: lꝫ iuramēto firmare velit: co
tenore velamē ſibi ipoſuiſſe vt đponere
poſſꝫ Hec ibi. Ergo a ſimili mo a fortiori
hitū deponere ñ pt ꝗ illū nō depoſitur⁹.

aſſūpſit. Sol. Nō eſt ſilr. ſꝫ eēt ſilr ſiqs ſpōte aſſumeret habitū pfeſſoꝝ ꝯſentiētibꝫ his q̄ꝝ ē icorpare religiōi. qꝛ ſm gl. ꝛ canōiſtas marie Abba. illō velū erat mōachaꝝ pfeſſarū. ꝛ illa oblatio ſilr ex loci ꝯſuetudie ꝓpria erat pfeſſaꝝ. Vn̄ vidua hec itelligit iplicite voluiſſe pfiteri. Scdo. Nā i mltis caplis dr ꝙ q̄ voluit abſolute vitā mutare tenet ad religiōez. Sꝫ ita ē in ꝓpoſito. Sol. Nō ē veꝝ: qꝛ ſm ꝟiorē opinionē ille abſolute vult vitā mutari q̄ vult ſe ſua libertate ꝑuare ꝑ votū: vt dr ſūma Ange. Tertio. Nā extra d̄ regula. i. c. ſuꝑ eo. Clerici q̄ īfra annū pbatōis a religiōe diſceſſerāt: ad illā vl aliā cogunt redire. Sol. vtꝫ i eo dē c. illi emiſerāt votū religiōis. Eſt āt ſciēdū ꝙ text' i c. n̄ ſolū. eū q̄ ꝓpōit vitā abſolute mutare: diuidit ꝯ eū q̄ expſſe vl tacite pfitet ꝓpt duo. Prio: qꝛ iſta volūtas mutādi vitā abſolute p̄t eſſe ꝑ votū ſine pfeſſiōe: q̄ reqrit ꝯſenſuꝫ duorū. Scdo ſm aliqs: qꝛ p̄t eē ꝑ inchoationem pfeſſionis: qꝛ. ſ. quis offert ſe pfeſſiōi quā tn̄ ali' n̄ ſubito recipit: qꝛ tal' interp̄tatiue vouet. ꝛ ſi ali' ei' pfeſſionē n̄ acceptet / tenet trāſire ad aliā religiōez ſic etiā ſiqs offerat ꝯſenſuꝫ mrīmonialē vni: poſtq̄ obtulit etiā ſi alt nō ſtatī rn̄deat: ille iā q̄ntū ē i ſe obligat' ē. Quarto. Nā qcūq ē ingt' deo: peccat. Sꝫ q̄ ſuſcipit hitū religiōis cū itentōe pſeuerādi ꝛ reuertit ad ſeculū / ē ingt' deo de religiōis mario bn̄ficio ꝛc̄. So. Eq̄ pbaret ꝙ igrediēs cū aīo exeūdi ſi voluerit: peccat exeūdo. Iſtō em̄ pctm̄ nō ꝯſiſtit i exitu ſm ſe ꝯſiderato: ſꝫ rōne circūſtātie. Cōcedo g̊ ꝙ exiēs ſine cā ſꝑ peccat: ſꝫ nō i eo ꝙ exit: ſꝫ i eo ꝙ ſine cā exit. Sꝫ tn̄ lꝫ exeat cū pctō rōne circūſtātie. ex ipa tn̄ ſua intētiōe pſeuerādi nō phibet qn nubere poſſit. Quinto: ois mittēs manū ad aratꝝ ꝛ r̄ſpiciēs retro: peccat. qꝛ nō ē apt' reg̊ dei. Lu. ix. Ad qō ſolū pctm̄ ihabilitat. ſꝫ iſte ē hmōi. Solu. Scdm̄ Bed. manū ponere ad aratꝝ ē ſuū cor ferro ꝟbi dei ꝑ cōpūctionē ſcidere vt bonoꝝ opeꝝ fruct' pducat. Hoc āt duplr ꝯtigit. Prio. ſ. vt pducant fructus necitat; ꝑ obſuātiā mādatoꝝ: ꝛ ſuꝑerogatōis ꝑ obſuātiā ꝯſilioꝝ ꝛ religiōnis igreſſum. Et ſilr duobꝫ modis aliqs ē apt' regno dei. Primo. ſ. aptitudine ſufficiēti vl necāria q̄ i charitate. Et ſcdo aptitudie ſupabūdāti q̄ i charitatis pfectōe ꝯſiſtit. Qui g̊ reſpicit retro ne pducat fruct' necitatꝫ: n̄ ē apt' p̄mo mō. q̄ ꝟo reſpicit ne pducat fruct' ſuperogatōis: ſꝫ ſolū necitatꝫ: ē poſſibiliter apt' p̄mo mō: ſꝫ nō ſcdo. Qui g̊ exit religionē p̄t exire ſine pctō. puta qꝛ exit ex cā rōnabili ꝛ cū pctō veiali: qꝛ exit ſine cā rōnabili / ſolū r̄ligiōis auſteritate deterit': vl aliq̄ honeſta voluptate allect': ſꝫ cū aliq̄li igratitudie q̄ poſſibilr ē veniale. aliqn̄ ꝟo cū pctō mortali: puta qꝛ cū itētōe illicite fruēdi voluptatibꝫ peccatoꝝ: vl cū tāta ingtitudie q̄ ſit mortale: qō n̄ ē facile dīiudicare. Scūs Thomā. ii. ii. q. vl. ar. iiii. ad p̄mū ſic dr. Nō intelligit qs retro aſpicere niſi qn̄ p̄termittit id ad qō ſe obligauit. alioqn ois faciens aliq̄d bonū op' ꝑ tps: ſi nō ſemꝑ id faciat: eſſet inept' regno dei. qō ptꝫ falſum. Hec ex illo.

## Caſus. lxv.

Queritur iteꝝ an liceat iſte ꝯtract' ſiue locatio: ſiue impignoratio ſit. Petr' hn̄s locale valoris aureoꝝ trecētoꝝ: ꝛ indigēs pecunia accipit a Ticio aureos trecētos: ꝛ Tici' a Petro dictū locale hoc pacto vt q̄tiēs ille reſtituerit locale / iſte pecuniā reſtituat. Reſpondeo. Pro dicēdoꝝ fundamento aſſumo diſtinctiōem ſancti doctoris. ii. ii. q. lxxviii. ar. i. ꝛ Panormitani ſuꝑ rubrica d̄ vſuris. que diſtictio habet etiā in textu iuris humani ciuilis. ff. de vſufruc. l. omniū. ꝛ inſtit. eo. §. ꝯſtituit. licꝫ ſit aliq̄ diſſonātia inter illos text' legales: de q nihil ad rē mō. Eſt aūt diſtinctio hec. Reꝝ poſſeſſaꝝ q̄dā ex ſuo vſu p̄ncipali ꝛ viſitatiori totalit ꝯſumunt: ita ꝙ poſt ſuū vſū nō habent ſub ꝓpria ſpecie atq ſubſtātia: vt panis / vinū / ꝛ hmōi. q̄daꝫ ꝟo ex ſuo p̄ncipali vſu non ꝯſumunt ex toto. ꝛ ſi nōnunq patiant detrimentuꝫ.

vt ager: dom⁹ equ⁹. In ꝑmis igit̄ vt ꝓbat s. Tho. ⁊ vt hꝫ i textu legū ꝑdictarū ꝯſtitui nō pt̄ vſufruct⁹. nec ipa locari pn̄t annuo vł diurno vel q̄uis cēſu. ſꝫ i ſcd̄is ſec⁹ ē. qꝛ ſeoꝛſuꝫ tradi aut vēdi pt̄ vſus: puta dom⁹ retēta ꝓprietate. ⁊ ſilr̄ ꝓprietas vſu retēto: nō aūt in ꝑmis: ſed cuicūqꝫ ꝯcedit̄ vſus vini/ trāſit vinū in dn̄ium ⁊ ꝓprietatē ei⁹. Vn̄ ridiculū ē dicere: mutua mihi panē vnū q̄uſqꝫ vtar eo: aut ſcyphū vini. nō āt: mutua equū aut domū vł agꝝ. Pecunia āt ſub ꝑmo reꝝ gn̄e ꝯtinet̄: ita q̄ q̄ ea vtit̄ q̄ntuꝫ ad ei⁹ vſum ꝑncipalē q̄ ē diſtractio/ eā ꝯſumit. qꝛ iā nō hꝫ eā i ꝓpria ſpecie ⁊ ſubāſi eā habꝫ in equalēti. i. in re empta: ſic̄ ⁊ panis hꝫ i ſanguie in quē eſt ꝑ digeſtionē ꝯuerſus. Monile āt ꝯtinet̄ ſub ſcd̄o. qꝛ p⁹ ſuū ꝑncipalē vſuꝫ q̄ ē oſtētatio adhuc remanet ſpēs ⁊ ſuba rei. Igit̄ pecunia locari nō pt̄ vt inde capiat̄ vſuſfructus: q̄ tn̄ capi pt̄ d̄ monili. Igr̄ ſi i dc̄o caſu ſit locatio vł ꝯtc⁹ ali⁹. i. ipignoratio: ſic̄ de facto ē eo mō q̄ ꝑcticat̄. Probo q̄ ſit illicit⁹ ex ꝑte locātis pecuniā vł mutuātꝭ ſuꝑ pignoꝛe. Primo ſi ſit locatio. Quicūqꝫ em̄ ex vſu ſue pecunie accipit aliq̄d vltra ſoꝛtē ex pacto vł itētiōe ſine q̄ n̄ capitali exiſtēte ſecuro: ē vſurari⁹: vtꝫ ex diffinitiōib⁹ vſure: qꝛ accipit ꝑciū vſus rei nō hn̄tis vſum a ꝓprietate diſtinctū. Sꝫ i iſto ꝯtu: Titi⁹ dās trecētos aureos ꝑ vſu ſue pecunie aliq̄d accipit vltra ſoꝛtē capitali ſecuro: qꝛ accipit vſum locat̄ q̄ aliq̄d valet: ſic̄ ⁊ vſus eq̄ vł dom⁹. Scd̄o etiā ꝓbo q̄ ſit illicitus ſi pecunia nō ſit locata: ſꝫ mutuata ſuꝑ pignoꝛe. Nā vt ꝓbat ſcūs doctoꝛ. ij. ij. q. lxxviij. q̄ vtit̄ pig̃re obligato tenet̄ ꝑciū vſus cōputare in ſoꝛtē: niſi tal̄ res ſit cui⁹ vſus ꝯcedi ſolet int̄ amicos: puta liber vł aliq̄d minimū: alioq̄n ſi nō cōputat̄ ſiq̄dē h̄ fiat ꝯſentiēte debitoꝛe eſt vſura: eo ꝓo nolēte/ ē furtū. vt i. l. pignore. ff. de fur. Sꝫ ꝯ: videt̄ q̄ ex ꝑte ticij liceat ꝯtc⁹: Nā ſic̄ Petr⁹ licite pt̄ locare iocale: ita ⁊ Tici⁹ pecuniā locare pt̄. qꝛ ſm̄ Sco i. iiij. di. xv. pecunia ſig̃ta locari pt̄. So. Dico q̄ pecuniā ſignatā poſſe locari ⁊ inde lucꝝ accipi: nō ē dictum Scoti ſolū: ſꝫ ſcti Tho. ⁊ cōit̄ oīm theologoꝝ ⁊ canoniſtaꝝ. qꝛ ſic ꝯcedit̄ pecunia ad aliquē vſum ſecūdariū ꝑ quē nō ꝯſumit̄: puta ad oſtētationē. Etſi ita eſſet i caſu: ita q̄ Petr⁹ accipet aureos trecētos ad oſtētandū: reſtituēdos nō ſolū i ſpecie ſꝫ i numero: ita q̄ extēſo digito poſſꝫ q̄s ſignādo dicere: Iſti ſūt q̄s mutuauit titi⁹: Dico q̄ caſus eēt licit⁹. q̄a tūc pecunia hr̄et vſuꝫ a ꝓprietate diſtinctū: ⁊ eſſet locabil̄ ſicut ⁊ monile. ⁊ ſeruaretur eq̄litas iuſticie. Sed in ꝓpoſito nō eſt ita.

# Incipit vltimus Tractatus

## In cōſecratiōe eccleſie

Hngreſſus Ieſus ꝑambulabat hiericho. Luc. xix. Sciēdū ē āt q̄ ea q̄ i pn̄ti euāgelio narrant̄/ ꝯtigerut q̄n dn̄s vltia vice aſcēdebat hierl̄m ad paſſione (Et ecce vir noīe Zache⁹: ⁊ h̄ erat ꝑnceps publicanoꝝ) Publicani erant q̄ publica vectigalia exigebāt. ⁊ erāt cōit̄ viri pctōꝛes ⁊ ifames. Iſte āt fuit eoꝝ ꝑnceps. Vł qꝛ hēbat aliq̄d officiuꝫ ſuꝑ alios. vł qꝛ erat ꝑm⁹ i ſceleribꝫ. vł qꝛ erat ꝑm⁹ i diuitijs (⁊ ipē diues. Et q̄rebat videre Ieſū q̄s eēt: ⁊ n̄ poterat p̄ turba: qꝛ ſtatura puſill⁹ erat. Et ꝑcurrens aſcēdit i arboꝛē ſicomoꝝ: vt videret illū qꝛ inde erat trāſitur⁹. Et cū vēiſſꝫ ad locū: ſuſpiciēs ieſ⁹ vidit illū: ⁊ dixit ad eū Zachee feſtinās deſcen. qꝛ hod. i do. tu. opoꝛ. me mane.) Opꝫ āt aliq̄n iportat necētatē. vt ſi dicā: opꝫ me moꝛi. aliq̄n iportat idigētiā. vt ſi dicā: oꝫ me hr̄e veſtē vł equū. Hic āt n̄ tenet̄ ꝑmo mō: qꝛ chr̄s ifinitꝭ alijs mōis miracl̄oſe ⁊ ſine miracl̄o potuiſſꝫ ꝑ ſe ⁊ ꝑ ſuis ꝑnd iū iuēire. ſꝫ ſcd̄o mō: vt ſit ſenſ⁹ Zachee idigeo me rcipias i domo tua ad ꝑndiū cū ſim pauꝑ. Vn̄ q̄ ꝯſiderabat videre chr̄ꝫ quē